



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis  
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

**Speranza, Giuseppe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1659**

Inspirationes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44265**

## Digressio de inspirationibus.

## PUNCTUM XCVIII.

Matth. 23.

D. Thom.

Al. 7.

Chryl. hom. 17  
in Acta Apost.Spiritus S.  
quomodo semper  
resisterint  
Iudaei.Psal. 94.  
Alii.Cajet. in hunc  
loc.Chryl. Glos.  
Interl.  
Psal. 102.Al. 7.  
Syriac.

**I**erusalem, Ierusalem, quae occidis Prophetas,  
& lapidas eos, qui ad te missi sunt, &c.  
Conduplicatio haec emphasim habet. D.  
Thom. hic: Designat ista geminatio mi-  
serantis affectum: O Ierusalem! & mise-  
ram Ierusalem! Quid est, Domine? quid  
est? Miseros eos, inquit, quia video futu-  
rum, ut velint occidere eos, qui Dei no-  
mine loquuntur, ut lapidare eos, qui in  
bonum missi sunt. Heu!

Ut exaggeravit Stephanus! *Dura cer-  
vice, & incurvatis cordibus, & auribus,  
vos semper Spiritui Sancto resistitis, sicut &  
patres vestri, ita & vos. Quem Prophetarum, &c.*

Quando nolbat esse sacrificia, vos sacri-  
ficabatis: quando volebat, iterum non  
sacrificabatis. Quando noluit vobis dare  
praecepta, requirebatis. Quando acce-  
pistis, neglexistis. Iterum, quando sta-  
bat templum, idolis serviebatis: quando  
vult absque templo sibi serviri, iterum  
contrarium facitis. Cum in Aegypto

essetis, egressi, cum egressi, regredi vo-  
lulistis. *Quadragesima annis proximus. Alii:  
Offensus sui generationi isti, & dixi: Semper  
hi errant corde. Proximus, & offensus. Sem-  
per Spiritui Sancto resistitis.* Cajet. ait, le-  
gendum in praesenti, *Resistitis*; adhuc per-  
feveratis in resistendo. O malum! Ac-  
cepistis legem in dispositione Angelorum.

Chryl. Per dispositiones Angelorum. Gloss. Interl.  
Ministerio Angelorum. Cajetan. In statutis  
angelicis. Dicitur etiam potest: dispositione  
angelica, spiritu angelico. Facientes ver-  
bum illius ad audiendam vocem sermonum  
ejus. Sic vos simili desiderio concupistis,  
legem, & angelicam dispositionem acce-  
pistis, & non custodistis: paulatim tepe-  
facti, obdurati, surdi effecti estis, &c.  
Exclamantes autem voce magna. Lyr. Ne  
eum amplius audirent, continuerunt aures

A suas. Syriacè: *Obturerunt aures suas,  
Cajetan. veluti ne blasphemantem audi-  
rent. O miseriam!*

En quod aliqui deveniunt. Dudum in  
dispositione Angelorum acceperunt leges,  
praecepta Superiorum, Patrum spiritalia:  
quicquid ipsi dicebant, non tan-  
quam ex ore hominum, sed tanquam ex  
ore Dei, ut de quibusdā dixit Apostolus,  
acceperunt, ministerio Angelorum in  
statutis angelicis, fervore, ac spiritu Sera-  
phico: confulebant eos, dependebant ab  
eis, habebant eos, ut nuncios Dei, ut An-  
gelos Dei. Sic per Aggaum: *Nuncius*

Aggai 1.  
Domini de nunciis Domini. Septuag. Ange-  
lus Domini. Sensim tepefuit, dura cervi-  
cis, ac surdi evadunt. Dic deinde, ac praedica  
in aures eorum: exclamant, ne audiant:  
continent aures, clarius cum Syriaco,  
obturant aures. Si ad pristinum  
charitatis gradum revocare conatis, si  
pristinam poenitentiae leges acceptas olim  
in dispositione Angelorum proponas,  
blasphemus videberis, obrurabunt aures.

Ecclesiast. *Obsurdescent omnes filia car-  
minis, hoc est, filiae olim orationis, & ca-  
lestis cantilenae, sensim obsurdescent, li-  
cet simulent spasmos, & singultus!*

De quibusdam spiritualibus primum,  
postea carnalibus, primum audientibus,  
postea surdis, ac cum eisdem loquens  
Propheta. *Si verè utique justitiam loquimi-  
ni, recta iudicate, filii hominum.* Si ex ani-  
mo, ut declarat Genebr. ibidem, si ex  
mentis sententia, non fucate, non hypo-  
critice, & externa specie justitiam loqui-  
mini, id in iudiciis faciendis, operibus, &  
factis ostendite. Etenim in corde iniquita-  
tes operamini in terra. At scilicet iniquitates  
in animis vestris fabricatis, & machina-  
mini. Camp. in Paraph. *Iniquitatem ma-  
nus vestra pro aequitate venditatis, tanquam  
justa statera vos omnia expendatis. Alienati  
sunt, &c.* O quam verum! alienati à ju-  
stitia, à virtute, à Sacramentis, ab  
oratione, à D E O. Sic sensim lo-  
quuntur falsa, vel in ipsis Sacramen-  
tis mentiuntur, &c. Furor illis secun-  
dum similitudinem serpentis, sicut aspi-  
dis surde, &c. Furor, Hebr. Venenum. Hebr.

Sic

Psal. 57.

Genebr. ib.

Camp. Paraph.

Sic

Sic

Sic

Sic

Sic

Sic

Sic

Sic Camp. Venenum eorum simile est veneno A  
 serpentis, & callidissime aspidis, ulro obsurde-  
 scientis, quæ non exaudit vocem incantatoris,  
 quantumcunque docta sint carmina. Paraph.  
 Vt non cogantur audire voces eorum, etiamsi  
 incantandi artibus sint instructissimi. O  
 quàm verè alienati sunt ab utero, à ven-  
 tre illius Ecclesiæ, in qua sunt in spiritu  
 cauteriti, ac educati, &c. Non est am-  
 plius pristina confidentia, &c. alienati  
 sunt. O quàm verum! Sunt, qui paula- B  
 tim ulro obsurdeunt: sit vel instru-  
 ctissimus Pater spiritualis, fiat docta car-  
 mina, optimæ rationes, præmia propo-  
 sita, pœnæ, non exaudiunt: Sicut aspidis  
 surdis, & obsurantibus aures suas. Ajunt, (si  
 verum est) ab aliquibus incantari serpen-  
 tes, ut virus deponant, & mansue-  
 ant. Incantator non vult nocere aspidi, sed ut  
 ait D. August. incantat, ut educat aspi-  
 dem de tenebrosa caverna, & in lucem  
 educat: illa autem, amando tenebras  
 suas, quibus se involuta occultare dicitur,  
 cum exire noluerit, recusans audire illas  
 voces, quibus se cogi sentit, allidit unam  
 aurem terræ, & de cauda obrurat alterâ,  
 atq; ita voces illas, quantum potest, evi-  
 tans, non exit ad incantantem. Huic si-  
 miles, dicit Spiritus Dei, quidam non au-  
 dientes verbum Dei, & non solum non  
 audientes, sed omnino, ut non valeant D  
 audire, facientes. Faustum est hoc & in  
 primis temporibus fidei. Stephanus  
 Martyr prædicabat veritatem tenebrosis  
 mentibus, & ut eas in lucem educeret, in-  
 cantabat. At illi, clausurunt, inquit, aures  
 suas. Non erant surdi, sed fecerunt se  
 surdos: quia enim aures parentes in cor-  
 de non habebant; violentia tamen verbi  
 per aures carnis irroens, etiam ipsis auri-  
 bus cordis vim faciebat. Clausurunt au-  
 res corporis, & ierunt ad lapides. Ecce  
 aspidis surdæ duriores lapidibus, quibus  
 incantatorem suum lapidaverunt. Non  
 audierunt vocem Incantantis, & medicati  
 à sapiente (sic legit, & ait:). Quid est me-  
 dicamentum medicatum à sapiente? Me-  
 dicamenta utiq; erant in Prophetis. Me-  
 dicamenta erant in lege: præcepta ipsa  
 omnia medicamenta erant: & hoc  
 medicamentum nondum erat medicatū.

D. August. in  
 hunc locum.

Adventu Domini medicatum est medi-  
 camentum. Hoc illi ferre non potu-  
 erunt, ubi nominatus est Christus. Indig-  
 natio eorum, sicut indignatio serpentis.  
 Clausurunt aures.

O quàm his similes obstinati, ac surdi,  
 qui aures claudunt, ne quando educan-  
 tur de horrendis peccatorum latibulis, ne  
 quando resipiscant ad pœnitentiam, qui  
 scilicet nec internis Dei inspirationibus,  
 nec externis Concionatorum vocibus,  
 nec ullis congruis mediis se patiuntur ad  
 virtutem reduci: omne medicamentum,  
 vel medicatum reiciunt, qui dicunt Deo:  
 Recede à nobis, scientiam viarum tuarum no-  
 lumus. Hi sunt, qui in monentes, ac  
 corrigentes effundunt venenum indi-  
 gnationis, & lapides mitterunt, &c. *Iob. 11.*

O quàm contrarii quibusdam, qui quasi  
 aliquantulum, non perfectè tamen ob-  
 surduerunt, alò siquidem verterunt au-  
 res, sed tamen ad sibilum Dei mox eri-  
 gunt eas, & audiunt. Per Zachariam  
 ait Deus: Sibilabo eis, & reducam eos de ter-  
 ra Egypti, quia redemi eos. Fuerunt scilicet  
 in Egypto, & ranarum illarum strepitu  
 aliquantulum obsurduerunt, sed non to-  
 taliter. Sibilabo eis, exiguo sono, ac ferè  
 insensibili internæ inspirationis educam  
 eos de terra Egypti, quia redemi eos,  
 &c. id est, redimam sanguine, medica-  
 mento medicato Filii mei, qui propter eam,  
 dum medium silentium teneant omnia,  
 ortus est, ut sui vagitus ad cuiusque cor  
 subtiliter perveniret, &c. *Oves mea vo-  
 cem meam audiunt. Oviculæ Dei, quæ vo-  
 ces inspirationis audiunt.*

Hi sunt, qui ad quamlibet inspiratio-  
 nem erigunt aures, &c.

Alii taliter surdi, ut nec tonitrua sen-  
 tiant. Deus eosdem duriter cædit, ac  
 flagellat, nec ipsi sentiunt: divitias au-  
 fert, sanitatem, vitam; surdi moriuntur,  
 de quibus Proph. *Dissipati sunt, nec com-  
 puncti. Zach. Noluerunt audire. Surditas  
 voluntaria. O malum! August. Obsur-  
 dueram a stridore catenæ meæ, &c. Et  
 arverterunt scapulas recedentes, hoc est, ad in-  
 star ejus, qui loquentem aliquem præ-  
 contemptu relinquit, tergumque vertit.*  
*Contempserunt & isti sermones meos, & arver-  
 terunt*

terunt

Septuag.  
Chald.

rerunt scapulas recedentes. Septuag. *Et dederunt dorsum contemmens.* Chald. *Et dederunt humerum suum recedentem,* hoc est, verterunt, seu dederunt scapulas rebelles, contumaces, inobedientes, dicentes: Ut lubet, percutite, &c. *Dissipati sum, nec compungiti.* Nihil compungit, nihil exturat aures eorum. Eccl. *Per verba difficile corriguntur.* Alii ex Pineda ibidem: *Quod incurvatum est, non potest rectificari, aut dirigi.* Alii: *Non possunt viribus humanis corrigi.*

Eccles. 1.  
Alii ex Pineda  
da ibid.

Zach. 1.  
Rib.  
Isai. 6.

*Et aures suas aggravaverunt.* Aggravari dicitur (inquit Rib.) quod pondere magno impeditur, & tenetur, ne opus suum exerceat. Ita. *Excaca cor populi hujus, & aures ejus aggravata* (permissivè, vel prophetice in futuro.) Sensus est: Tanto obstinationis, ac malitiæ pondere aggravabunt aures, ut impediantur suas obire functiones. *Aggravaverunt, & posuerunt cor suum, ut adamantem.* Hebr. *Et cor suum posuerunt adamantem.* Hieron. Duritiam cordis ostendit, & cor lapideum, quod noluerit verba Dei suscipere, &c. *Posuerunt cor suum adamantem, ne audirent legem, & verba, quæ misit Dominus exercituum in spiritu suo,* (cujus est inspirare.) Adamas, ait Hieron. in tantum durus est, ut omnia metalla confringat, & ipse non confringatur ab ullo: unde à Græcis adamas, id est, indomabilis dicitur. Sed illud mirandum, quod cum tante sit duritiæ, solo perfusus sanguine hirci, ut ait Rupert. statim dissolvitur. O quam verum de quibusdam, qui cum durissimæ cervicis, & cordis indomabilis sint contra Deum, mollissimi tamen sunt in omnium libidinum fluxum: adamantes cum Deo, duri, ac surdi cum Deo, &c. molles ad Sitarum voces.

Hebr. Pint.  
in hunc loc.

Hebr.  
D. Hier.

Rupert.

Hi dicuntur habere aures incircumcisas. Auris incircumcisâ, inquit Theodoretus, est, quæ omnia verba indifferenter excipit, si quis obtreçet, ac murmure, murmuraciones excipit: si quis inhonestè, ac turpiter loquatur, verba inhonestâ excipit, sed verba Dei non audit, &c. inspirationes non recipit, surda ad Dei voces.

Theod.

Aures incircumcisâ  
quam.

1. Reg. 15.

Nescit, quid sit inspiratio. Juvenis *il-Speranza Scriptura selecta.*

le templi, Samuel, ter vocatus à Domino, vocem Dei, hominis credebat vocem, &c. Augustinus in sua juventute, DEI voces per os matris, voces credebat muliebres, verum posthæc ajebat: Et cujus erant, nisi tua verba illa per matrem meâ, fidelem tuam, quæ cantasti in aures meas? &c. Mater castitatem suadebat, ne fornicaret, & ne adulterarem ejusquam uxorem. Fili, cave, &c. Quæ mihi (ait) monitus muliebres videbantur, quibus obtemperare erubescerem: Illi autem tui erant, & nesciebam: & te tacere putabam, atq; illam loqui, per quam mihi tu non tacebas, &c. Sic quando aliquis te admonet, admonitio illa inspiratio est, &c. Vox Dei est. Non eas ad Hebr. *Hei pila, & fortis* interpretatur. Hebr. Multi cum vocantur à Deo per internam inspirationem, aut prædicationem à somno negligentie, ad vigilandum in nocte penitentia, currunt ad pilam, quos audias dicentes: Non sunt inspirationes, sed cura melancholicæ: ad pilam, ad pilam. & ita deladunt, & floccifaciunt inspirationes. Alii currunt ad fortitudinem suam, inquietes: Adhuc juvenis, ac fortis es, vade, & dormi, quiesce à labore servitii Dei, jejuniis, penitentia, &c.

D. Aug. l. 2.  
confess. c. 3.

Voces Dei, & inspirationes Dei sunt tribulationes. In Num. Angelus Domini Balaamum deturbavit asinâ, ac per asinam erudit eum. Sic sæpè Dominus per carnem, quæ asina est, spiritum edocet. Quid nanque febris, quid dolor est, &c. nisi loquela hujus jumentis? &c. Hæc obliqua tua itinera rectificat, &c.

Num. 22.

Per somnium in visione nocturna, quando irrui sopor super homines, & dormiunt in lectulo, tunc aperit aures virorum, & erudiens eos instruit disciplina.

Iob. 33.

Tribus modis loquitur Deus cum homine, ut hic habetur: & quilibet horum dicitur inspiratio. Per somnium in visione nocturna. Primus nocturno tempore, & Dei alia per in ipso somno, vel in somnio per quosdam terrores, & in dam terrores mortis, &c. Sic Septuag. somnia. Cum servus timor, aut terror irrui super homines. De repente aggreditur te mortis timor, seu quivis alius terror: hic inspiratio sæpè est. Quo pacto actum est cum

Pp Na

Dan. 4.

Nabuchodonosor: *Somnium vidi, quod a perterritus me, & visiones capitis mei conturbaverunt me.* Tunc vel sic aperit aures vitorum. *Aperit aures?* Hebraismus est, pro audire facit. Psalm. *Aures autem perfecisti mihi.* Hebr. *Aures autem perforasti mihi, exturasti, ut audirem.* Alii ex Hebr. *Tunc aperit aures, & castigationem, quam signavit, hoc est, declarat illis poenas, quas sumere decevit, quasi lacra, signataque sententia, ni corrigantur.* Et erudiens eos instruit disciplina. Gracè: *Talibus eos ex-terret.* Idque.

Psal. 39.  
Hebr.

Grac.

Hebr.

Cajer.

*Vi avertas hominem ab his, qua fecit, & liberares eum a superbia.* Hebr. *Ut faciat hominem recedere ab opere, & abscondat ab homine superbiam.* Verbum illud, quod scilicet dum quis facere parat, deterretur a Deo, ne illud perficiat. Terroribus itaque mortis, Iudicii, Inferni liberat hominem a peccato, tum quod patravit, tum quod patrare cogitat, superbiam ab-kiudit, &c.

Hebr.

Pineda in  
hunc locum.

D. Greg.

*Evadens animam ejus a corruptione, & vitam illius, ut non transeat in gladium.* Ex Hebr. proprie legitur: *Prohibet vitam ejus a fovea.* Per foveam in sacro sermone, ait Pineda significari vitæ discrimina, & puteum malorum, quibus in interitum præcipitatur, qui divinis inspirationibus non obedit. Peccator, ait Greg a corruptione vitorum ad gladium compellitur transire exortatam. Ab his te liberat illis terroribus, qui divina sunt inspiratio-nes.

*¶ Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa ejus marcescere facit.* Secundus modus, quo Deus inspirat. Cum ad prio-res Dei voces, & correptiones obdure-scit homo, & per inanem, ineptamque

Psal. 106.

heritiam querit ab animo timores expel-lere, alius incipit clamare Deus, & cla-mat per agritudines, conicio absurde-scenem in lectulum. *Omnia ossa ejus mar-cescere facit.* *Abominabilis ei fit in vita sua panis.* Omnem escam per nauseam abo-minatur, & quod est per medicorū apho-rissimum lethale, appropinquat usque ad portas mortis, non gustat, &c. omnem cibum oblatum rejicit, summo cibifasti-

dio tenetur: *Abominabilis ei fit in vita sua panis, & anima illius cibus ante desiderabilis, qui sic jam eidem placebat, nunc displicet, horrescit ad aspectum, fastidit odo-rem.* Sept. *Et anima ejus cibum desiderabit.* Hoc est, tanta erit morbi gravitas, tantaque corporis imbecillitas, ut desideret quidem, & concupiscat cibum, sed sit ei inanis aviditas, ita ut oblatum cibum non possit sumere, nec sumptum retinere.

Et hinc ex febribus, doloribus, cibi naulea. *Tabescet caro ejus, & ossa, qua tecta fuerunt, nudabuntur.* *Tabescet, proprie excedetur, consumetur, ad tantam maciem deveniet, ut ostensus sit, juxta Septuag., ossa sua inania.* Et ostendit ossa sua inania. Secundum alios ex Graco: *Ostendit ossa sua vacua.* Tigurina & Vatabl. *Et prominent ossa ejus, qua prius non videbantur.* Mutabitur scilicet adeo ro-tius corporis habitus, & tam fiet maci-lentus, ut non appareat in eo vestigium pristinae faciei. Sic alii: *Consumetur caro ejus a visis, id est, non poterit videri, nec quoniam erat, agnosci.*

*Appropinquavit corruptioni anima ejus, & vita ejus mortiferis.* Nonnulli per mor-tiferos intelligunt paroxysmos, & alia moribundi hominis signa, atque sympro-mata, ex quibus certa sunt mortis pro-gnostica. Tigurino. *Mortiferis, habet, Pollinctoribus.* Hi sunt, qui cadaver lavant, unguunt, pollinctoribus, funusque curant. q. d. Parum abest, quin moriatur, & mor-tuus jam tradatur pollinctoribus. Alii ex Hebr. *Et vita ejus mortuus, q. d. Parum abest, quin connumeretur cum mortuis, cum moribundi habitum, ac faciem præ-seferat.* Sept. *Et vita ejus Inferno.* Hebraismus facientes, id est, sepulcro.

Tunc, tunc erigit aures, cum mortem præforibus advertit. Tunc respicit homines, quorum monita & corre-ptiones antea despicebat, quos ut homi-nes, non Dei nuncios, ac Angelos puta-bat, &c. & dicit: *Peccavi, &c. Consumpta est caro ejus a supplicis, revertetur ad dies ad-olescentia sua, prioris spiritus, prioris fer-voris.* Ad hos tractus aurium aperit au-res: *Mand erigit mihi aurem, &c.*

De

Isa. 50.  
Isa. 26.

De quibusdam surdis Isa. Indulsisti gen-  
ti, Domine, indulsisti: nunquid glorificatus es?  
Domine, in angustia requisierunt te. In tri-  
bulatione murmuris doctrina tua in eis. In  
illis scilicet agoniis incipiunt aperite au-  
res, & excipere murmur divina inspira-  
tionis. Ubi notandum, tribulationes  
vocari inspirationes: doctrina tua tribu-  
lacio murmuris. hoc est, inspirationis.

Pagnin. &  
Regia.

Hinc optimi effectus susceptæ inspira-  
tionis, emendationis vitæ, mortificatio-  
nis amoris. Et qua prius volebat tangere  
anima mea, nunc pro angustia cibi mei sunt,  
Ecce. Et vita eius mortifera. Pagnin. & Re-  
gia: Et vita eius mortificantibus. Cui prius  
exosa erat omnis carnis emaciatio, ille,  
nunc mortificat se, &c.

Psal. 40.  
D. Greg. 23.  
mor. 6. 25.

O sanctas inspirationes, quæ hominem  
taliter in vitam alterum commutant, ut  
quæ prius placebant, displiceant, quæ  
displicebant, placeant! *Uniuersum stratum  
eius uersasti in infirmitate eius.* D. Greg.  
Per *stratum* aliquando voluptas car-  
nis, aliquando requies temporalis acci-  
picur. *Uniuersum stratum eius uersasti in  
infirmitate eius.* Ac si diceret: Omne,  
quod hic sibi parauit ad requiem, hoc ei  
oculto iudicio mutaſti ad perurbationem,  
ut scilicet non libeat, nec amplius  
placeat, quod placebat.

Alia per An-  
gelos bonos.

Tertius denique modus ex verbis  
Eliu in Job, est per Angelos: *Si fuerit pro  
eo Angelus loquens unus de millibus, ut an-  
nunciet homini aequitatem.* Per Angelos  
Deus inspirationes immittit: ut enim  
sunt homini immisiones per Angelos  
malos; sic sunt eidem inspirationes per  
Angelos bonos. Sed de his supra jam  
dictum est.

Alia per bene-  
ficia.

Beneficia Dei, ac ipsæ infirmitates  
sunt inspirationes. D. Gregor. Vocat nos  
Dominus aliquando per mundi prospera,  
aliquando per aduersa. Per mundi pros-  
pera. Luc. 12. *Homini cuiusdam diuitis  
uberes fructus ager attulit.* Quarit D. Am-  
bros. cur huic immerenti ager sic uberes  
fructus attulerit? Respondet, Deum per  
retum abundantiam hunc vocasse, si for-  
tè eum aliquando nimietate ipsa sarrum  
ad sensum humanitatis adduceret,

Luc. 12. 16.  
D. Ambros.  
serm. 82.

&c. Abundantia itaq; diuitiæ, honor,  
filij, sanitas, sunt etiam voces Dei, &c.

Aliqui adeo sunt ingrati, ut nec bene-  
ficioꝝ Dei voces exaudiant. *Quadra-  
ginta annis proximus sui generationi huic, &  
dixi semper: Hi errant corde.* Apostol. hunc  
citans locum dicit: *Propter quod insensus  
sui generationi huic.* Sic Genebr. ex Hebr.  
*Offensus fui.* Offensus ergo, & proximus.  
Deus contulit beneficia: at populus in-  
gratus eadem non cognouit. Aug. in Soli-  
lil. Ego te offendebam, & tu me defen-  
debas: ego non te timebam, & tu me cu-  
stodiebas: à te recedebam, & inimico  
meo me exhibebam, tu ipsum, ne me ac-  
ciperet, deterebas, &c.

Psal. 94.

Hebr. 3.  
Genebr. ex  
Hebr.

D. August. in  
Solil.

¶ Lectio sacre Scripturæ est inspira-  
tio. D. Greg. ad illud Job: *Semel loquitur  
Deus, & secundo idipsum non repetit.* In  
Scriptura sacra, inquit, semel dixit Deus,  
quicquid expedit homini, nec singulis  
cogitationibus hominum per Prophetarum  
uoces, vel Angelorum ministeria in-  
terrogatus responderet: *Semel loquitur  
Deus, & secundo idipsum non repetit.* Ac si  
diceret: Deus singulorum cordibus, pri-  
uatis uocibus non responderet, sed tale elo-  
quium construit, per quod cunctorum  
quæstionibus satisfacit.

D. Gregor.  
n. 23. c. 11.  
Job. 33.

Alia per sacra  
Scripturæ lo-  
tionem.

Sic Aug. ait, Deum nobis loqui per  
Scripturas, in quarum eloquio causas no-  
stras, si requirimus, inuenimus. Nec  
opus est, ut in eo, quod specialiter quis-  
quis tolerat, responderi sibi diuina uoce  
specialiter quærat, sed ad Scripturam si  
recurrat, inueniet; exempli gratia, Pau-  
lo patienti carnis tentamenta dictum:  
*Virtus in infirmitate persequitur.* Hoc cum  
Paulo dicitur, omnibus dicitur, &c. Non  
ergo Dominus omnibus ad omnia re-  
spondet, quia *semel loquitur Deus, & secun-  
do idipsum non repetit, &c.*

D. Aug. lib. 2.  
c. 27. contra  
lit. Petil.

Gregorius: Discant itaq; Sanctæ Ec-  
clesiæ Doctores, discant, & arrogantes,  
quia nobis Deus ad uerba omnia non re-  
spondet, quia in Scriptura sacra, quicquid  
potest singulis evenire, comprehendit, at-  
que in illa per exempla præcedentium,  
etiam vitam sequentium informare cu-  
ravit, &c. Per illam ergo nos terret minis  
pœnarum, per flagella præsentia monet,  
vocat, allicit, & ad rectæ vitæ normam  
proocat Deus. Pp 2 ¶ Tu-

Greg.

¶ Tumentis animi est, ac temerarii A expectare revelationes, ac responsiones per Angelos, nec hominum adhortationes, ac voces secundum regulas Scripturarum, ac Sanctorum Patrum velle moraliter credere inspirationes. Sunt qui physicam, ac mathematicam certitudinē in rebus humanis, ac moralibus inquirunt, cum moralis certitudo sufficiat: contra quos Arist. Disciplinatus est (hoc est, recti iudicii, ac prudentis) in quovis eam certitudinem querere, quae rei, de qua agit, convenias, & nec aliam querere. Ut enim vitium est, si Mathematicus non demonstret, sola opinione, ac probabilitate contentus: sic vitium est, a magistro morum demonstrationem mathematicam, & non potius moralem certitudinem querere.

In ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Itaque, si quis dicat post adhibitam sufficientem orationem: Hanc putato divinam esse voluntatem, ut hac, & hac via incedas, hoc facias, illud fugias, quiescas, &c. potest is hac morali certitudine contentus esse, nec majorem citra temeritatem requirere.

Inspiratio ergo est Patris spiritualis vox, qua tibi consulit, qua te monet, &c. Haec certa est, etsi non certitudine fidei, nec divinae revelationis, cui non potest subesse falsum, item nec physicā, nec mathematicā certitudine, quae certitudine sensus certa est; tamen certa est certitudine morali, cui etsi possit subesse falsum, & quandoque subit, tamen regulariter non subest, nititur enim prudenti hominum iudicio, credibili argumento, expositioni, ac morali Scripturarum interpretationi, Patrum regulis, exemplo majorem, &c. Qua morali certitudine potest quisque affirmanti credere, scrupulos, ac E dubietates deponere, &c.

Quam gratus, ac placens est Deo,  
qui aures ad divinas inspira-  
tiones habet apertas.

Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Etsi Genebrard. inquit, haec murenulas esse ornamentum colli, Bernardus tamen ait, esse ornamentum aurium. Murena vel sub aquis audit: sic qui in ipsis, & sub ipsis voluptatibus vocati emergunt, & ad vocantem currunt, murenae dicuntur. Sponsae est audire sponsi vocem. Vox dilecti mei. Ut statim agnoscat sponsi vocem! ut inter mille voces distinguit! Vox dilecti mei, &c. Cant. 5.

In auditu auris obedivit mihi, id est, quā Psal. 17. cito audit, obedivit. Loquere, Domine, 1. Reg. 3. quia audit servus tuus. Act. 9. Domine, quid ad me vis facere? Audiam, quid loquuntur in me Psal. 84. Dominus Deus. D. August. Loqui Dei est invisibiliter sine sono vocis, vel quolibet strepitu occulte in mentibus Sanctorum Dei locutio voluntatem suam, atque rectum intellectum inspirare. Quoniam loquatur in plebem suam. Dei inspirationes, pax, quies, secessus, silentium, oratio, &c. Et super Sanctos suos, & in eos, qui convertuntur ad cor. Ut audiant, non extra vagantur, sed convertuntur ad cor. (Et loquitur ad cor ejus. Osee 2.)

Adeo displicet Deo surditas, per quam inspirationes audire homo non potest, ut quod hoc mystice innueret, servo illi amputatam auriculam restituerit. D. Leo: Stituta Mal- Aurem servi in sedem dehonestati capitis cho. revocat manus Christi, quod intelligam, D. Leo. eos, qui auriculam dexteram perdid- runt, posse eandem Domino restituentem recuperare, ut dicant illud Isai. Dominus apposuit mihi aurem, juxta Sept. Interpre- res, &c. Septuag.

Anima peccatricis dictum est illud: Ezech. 23. President (Daemones) aures tuas, o malum! &c.)

Auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam, (bonas immixtas inspiratio- nes.) Inauris aurea, & margaritis fulgens, qui arguit sapientem, & aurem obedientem. Sicut inauris aurea fulgens margaritis ornat aurem, ita correctio, & admonitio sapientis ornat auditorem obedientiae. Cum ergo aliquid tibi injungitur, cum argueris,

Arist. 1.1.  
Ethic.

Deut. 19.  
Matth. 8.

D. Thom. 2.  
2. q. 1. ar. 4. s.  
q. 71. art. 2.  
D. Ant. p. 2.  
2. 3. c. 10. &c.

Cant. 1.  
Genebr. ib.

D. Bern.  
Murena sub  
aquis audit.

Cant. 5.

Act. 9.

Psal. 84.

D. Aug. 1. de

Drumit.

Dei locutio

quid.

ple-

bem suam.

Et super

Sanctos suos,

& in eos,

qui convertuntur

ad cor.

Ut loquatur

ad cor ejus.

Osee 2.

Matth. 26.

Auris cur re-

putatam auriculam

restituere.

D. Leo.

eos, qui auriculam

dexteram perdid-

erunt, posse eandem

Domino restituentem

recuperare, ut dicant

illud Isai. Dominus

apposuit mihi aurem,

juxta Sept. Interpre-

tes, &c. Septuag.

Ezech. 23.

President (Daemones)

aures tuas, o malum!

&c.)

Eccel. 3.

Proverb. 25.

argueris, cum instrueris, in aures aurearum A auribus tuis appenduntur.

*Qua dispositio requiratur pro audiendis inspirationibus.*

## PUNCTVM C.

**A** Tumultu mundano cor separandum. In cuius rei figura Dominus extraxit e turbam surdum, quem curavit, & tunc posuit digitum in auriculam eius, & dixit: Ephphetha; quod est, adaperire. Tunc surdus extra turbam ducitur, quando ille, in cuius corde verba Dei resonant, a mundano tumultu separatur.

In Exodo legimus, Deum in caligine descensurum præcepisse, populum sanctificari, ac lavari: *Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, laventque vestimenta sua, &c.* Loquutus erat Dominus, ut populus audiret, eadem sanctificationem iussit internam, & externam.

Sed quid est, quod inhibet ascensum montis, & tactum ejusdem tum homini, tum jumento? Bestia insinuat bestialem hominem, cui arcana Dei non lucent ad profectum, ut ait D. Thom. Non est n. sensualis hominis, Dei voces audire, ac sensus oculis divinos splendores intueri. Hi lumine exterriti, & voce perculli clamabunt: *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, &c.*

*Lux vultus mei non cadebat in terram.* Quia divina illustratio terram diligentibus non apparet. Item Job: *Auferetur ab impiis lux tua.* Ubi Greg. Neque DEI lumen illustrat eos, qui iniquitatis suæ malitiam fidei nomine polliant, &c.

*Tollatur impius, ut non videat gloriam Dei;* juxta litteram Sept. Interpretum. Ubi secundum Hieron. non solum pro Dæmone, sed pro quocunque peccatore impii nomen hic intelligitur, &c.

Sed iterum quid est, quod legem laturo Dominus, in igne, fumoque descendit nisi quia & humiles per claritatem suam ostensionis illuminat, & superbiorum

oculos obscurat per caliginem erroris, &c.

*Ego sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, introibo ad illum, & cenabo cum illo, & ipse mecum.* Licet omnium corda pulset Deus, non tamen hanc vocem, seu pulsationem impii intelligunt, vel intelligere volunt: sed cælestes, sed Prophete, &c.

Cum vox Patris supra Filium fieret: *Ioan. 12.* **B.** *Et clarificavi, & iterum clarificabo;* hanc vocem Evangelista audivi, sed Iudæi non audierunt, sed dicebant: *Tonitruum factum est.*

Moyse (qui interpretatur *attractus ab aquis*) audivit vocem Dei, & sustulit claritatem. Alii non nisi tonitrua, & fulgura audierunt, & viderunt. O quam verum! qui ab aquis voluptatum abstractus non est, quoties Dei voces audit, tonitrua audire sibi videtur, illustrationes in suam pœnam, quasi fulgura videt, &c.

De voce illa, *Saule, Saule, quid, &c.* dicit facit Textus de his, qui erant cum Saulo: *Audierunt vocem, sed c. 22. de iisdem: Non audierunt vocem, &c.* Contradictio videtur, sed verum utrunque. Materiam vocis sonum audierunt, quid sibi vellet, quis esset, qui loqueretur: non intellexerunt, non audierunt. Sic, sic quidam audiunt, & non audiunt, &c.

*Non poterat videre lucernam Domini, antequam extingueretur.* Heli, ut D. Gregor. ait, caligo, memoratur: lucernam quippe Dei non solum non videt, sed nec videre potest; qui tanta spissitate secularis amoris premitur, ut ad internæ claritatis intuitum nulla gratiæ inspiratione sublevetur: cum jam videlicet justa Dei indignatione projectus, in caliginis suæ cæcitate relinquitur, ut ulterius per infusionem superni luminis nunquam visitetur.

Bene autem dicitur: *Antequam extingueretur.* Non videre enim pœna peccatoris est, in hoc tamen adhuc sæculo viventis: videre autem non posse, est mortui impii, in alio jam sæculo æterna pœna damnati; unde & Conditoris iudicio in exterioribus tenebris claudi præcipi-



eur, ut videlicet ad lucis intuitum nunquam reducatur.

*Non poterat videre lucernam Domini, antequam extingueretur.* Cum extinguebatur, videbat. Ita peccator nunc cum ei Christus lucet, non videt, habet oculos, & non videt, sed instar avis nocturnæ videbit in nocte, cum ablata ei fuerit lux, fatebiturque cum illis, etsi serò: *Ergo erravimus à via veritatis & solus illi non illuxit nobis.* Illuxit, sed non nobis.

Sap. 5.

*Non poterat videre lucernam Dei.* Mundi quippe lucernam videbat, sed Domini non videbat lucernam. Sic, sic vitreos alii splendores intuentur, ad Dei lumen cæcutiunt.

Rupert. Abb. ib.

*Non poterat, &c.* Rupert. Abbas: Ipse, qui propriè vitæ meritis & dignitate Sacerdotii lucerna Dei erat, antequam pro peccatis filiorum lucida Dei gratia privatus extingueretur, non poterat videre, sicut in meate præ inordinato filiorum amore, ita & in corpore præ nimia senectute caligans, & non valens videre. Simplicius alii interpretantur: *Non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur,* id est: Aded caligaverant oculi ejus, ut lucernam in templo clarè ardentem videre non posset.

Exod. 25.  
Carth. in 1.  
lib. Reg. ar. 7.  
Alii.

In librum Exodi Carthusianus ait; in templo septem fuisse lucernas arden-tes de nocte, quarum quatuor extinguebantur de mane, quæ rursus de vespere accendebantur: & istæ lucernæ erant lampades valdè clarè lucentes. Duplī-ter autem aliquis dicitur non posse videre lucernam, sive lumen: vel quia penitens non sit perceptivus visualium specierum; vel quòd lumen non possit inspicere absque sui visus pœna, ac læsione, juxta quem modum noctua nequit lumen Solis videre. Heli ergo ita fuit cæcutiens, ut absque notabili visus sui tormento non posset lampades illas arden-tes, & lucentes aspicere.

D. August.

Alii sic legunt: *Non poterat videre lucernam Dei, antequam extingueretur.* Lucerna potest sumi vel in casu recto, vel in obliquo. Jam nunc spiritualium mysteriorum vela pandamus, ut ait Rupert.

Ipse Heli, olim lucerna, ut tangunt

Gregor. & Rupert. sensim caligine ob- tectus, debilitata oculorum acie, lumen lucernæ Dei ferre non poterat. Sic multi, ceu veri aquilarum pulli, radiis inspira- tionum expositi, nec acie palpitant, fe- runt intenta acie inspirationis radium: alii non legitimi, radiis illustrationum expositi, radios non ferunt, oculos clau- dunt: & quod inde fit, ab ungue dimir- runtur. Sensim cæcutiunt, qui aliis, ut lucernæ, lumen verarum inspirationum ostendebant: paulatim instar noctuæ lu- men non ferunt: si quid luminis vident, (quandoquidem cæci omninò non sunt) non absque tormento vident: nolent n. videre: tristantur, quòd vident, claudunt oculos, oculos habent, sed non vident.

*Non poterat videre lucerna, Lumen, quòd in te est, tenebra sunt.*

*Non poterat videre lucerna Dei, nec ipsa lucerna, &c.* O quot sunt, qui etsi eos circumfulgeat lux, adhuc nò vident! &c. Affer illis exemplorum, rationum, signo- rumque lumen, non possunt, hoc est, nolunt videre, nec septem lucernis, &c. Qui olim parvo quovis illuminabantur lumine, nunc nec omnibus luminaribus illuminantur.

*Sermo Domini erat pretiosus.* Hebr. Ser- mo Domini erat prohibitus, & obturatus. &c. quia obturatas aures habebant.

Tepido illi, qui prima opera non exer- cens jam tepuerat, minatur Deus: *Mo- vebo candelabrum tuum de loco suo.* Cœpisti claudere oculos, odisse lucem: movebo candelabrum, lumenque inspirationum, ac illustrationum de loco suo: ceu tal- pam, miserum te relinquam.

Hi sunt, de quibus Propheta: *Palpa- bunt tenebras in meridie, &c.* Erraverunt cæci in plateis. Ipsi meridiana luce cæcu- tiunt: in ipsa platea, lataque via sibi ipsis ostensâ errant, deviant, &c.

*Deiis, qui divinis inspirationibus resistunt, Deiq. lumine ocu- los claudunt.*

PVN-

## PUNCTUM CI.

Alf. 9.

**C**ircumfulsit Saulum lux de celo, &c. Postquam pro Saulo Stephanus intercesserat, Saulus Stephano mox donatus à Deo, qui ejus preces exaudierat, rebellis interno lumini adhuc non convertebatur, quinimmo adhuc spirans minari, & cadis, &c. Tunc circumfulsit eum lux de celo, &c. quasi diceret illi Deus: Quid clarius videre cupis? Rectane incedis, Saule? Quid cogitas, miser? quò tendis? Quid me persequeris?

Sic, sic circumfulget quosdam post diutinam obfistentiam lux de celo, qua unde quaq; veritatem agnoscant: agnoscent, nec cadunt in terram, nec ajunt: Domine, quid me vis facere, &c. Video meliora, probog, Deteriora sequor, &c. adhuc squamæ non cadunt ex oculis, &c.

Iob. 24.

**Ipsi fuerunt rebelles lumini.** Voluntariis obvoluti tenebris, rebelles hostes immane lumini illi interno bellum indixerunt. **Ipsi fuerunt rebelles lumini.** Nescierunt vias ejus, nec reversi sunt per semitas illius. **Hebr. Nec sederunt in semitis ejus.** Vias virtutis olim cognitæ nescierunt, nec reversi sunt per semitas illius. Revoca, ut vis, non revertuntur: vel si quando per aliquem actum virtutis videntur reverti, non sedent, non morantur in semitis ejus: difficillimæ, arctissimæque semitæ nunc videntur illis olim viæ latæ Domini, per quas antea currebant, modò nec ambulant, &c. Defecit lumen, rebelles sunt lumini, viæ Domini videntur illis tenebræ.

Iob. ibid.

**Si subito apparuerit aurora, arbitrantur umbram mortis.** Hoc est: Cû nulla sit adedò perversa conscientia, quæ aliquo modo nõ ratiocinetur, ut teste Augustin. in ea aliqualiter non loquatur Deus, nullaque sit adedò tenebrosi, ut aliquis in eam radius non ingrediatur: quidam tamen sunt adedò lucis hujus ofores, ut ubi primum apparet aurora, lumen inspirationis horrescant, arbitrenturque umbram mortis. Nolunt videre, nolunt audire rebelles lumini, &c.

D. August. 8. confess. 7.

D. August. olim in hoc statu: Cæcus

**A**eram, & cæcitatem amabam, & in tenebris per tenebras ambulabam. Et licet sic esset amator tenebrarum, quidam tamen radii in ejus animam penetrabant: in illis etenim sensualibus tenebris quidam pulcher castitatis radius dilucescebat, quem tamen quasi manu ab oculis abigebat. Da mihi castitatem, sed noli modò, sed noli modò, &c. timebam enim, ne me citò exaudires.

**B** Tendet adversus Deum manum suam. **Iob. 15.** (quasi manu repellens radios.) Et contra omnipotentem roboratus est. Currit adversus eum erecto collo, & pingui cervice armatus est. Deus inspirationibus, ac suæ gratiæ radiis eum deiicere curat: hic contra Omnipotentem roboratur. In Hebr. pro **Hebr. Omnipotentem**, est, Saddai, hoc est, contra sibi sufficientem, contra eum, qui nullius ope indiget, qui vocat, quia amat, ingratus homuncio roboratur, currit adversus eum erecto collo, superbiâ tumens. **Sept. Cucurrit contra eum injuriâ.** O ingratum! ô rebellem in eum, qui te amore vocat! Deseris eum, qui in se omnium bonorum sufficientiam habet? Quo iturus?

**C** Non ditabitur, neque perseverabit substantia ejus, neque mittet in terra radicem suam. q. d. Vade, vade, ut libet contempto Deo, relicto Deo, posthæc tua instituta negotia, post tuos imaginarios honores, per incantatam tibi à parentibus terrenam viam: non ditaberis, non perseverabit substantia tua. **Cajetan. ex Hebr. Nec mittet in terra finem suum;** hoc est, non poterit mittere, &c. **Regia: Nec mittet in terra complementum suum.** Alii: Non extendetur in terra perfectio eorum. **Quærent perfectionem in terra;** sed non extendetur: mox apparebit perfectio eorum terrena, mox doli, mox diabolicæ deceptiones apparebunt. **Sic Septuag. Non im-** **Septuag. mittet super terram umbram.**

**D. Gregor. ad illa verba. Cucurrit adversus eum;** id est, in malo opere obstaculum de adversitate non habuit. Supponit, quod jam diximus, adversitates scilicet esse inspirationes: permittit verò Deus adversitates, ut sint nobis obstacula, **ne**

ne ad malum curramus. Dolorem illum A vehementissimum pedum, quo laboravit Afa, dicimus obstaculum fuisse: ne curre-  
 2. Paral. 17. reret adversus Deum, ut cœperat, extracto argento, & auro de thesauris domus Domini, ac dono oblato Regi Syria, in quo confusus erat. At quid egit Afa? Prophe-  
 Adversitates sunt obstacula peccatorum. ram, qui jussu Domini mirans ad se venerat, *misit in nervum, nec in infirmitate sua quaesivit Dominum.* Sic in malo opere obstaculum de adversitate nō habuit. Huic B  
 Inspiraciones Dei quidam compediunt. per similes ponunt in nervo, ac compede divinas inspirationes, quō ipū libetius current erecto collo.

Quid agit illi, dum inspirationi resistit? Mittit eam in nervum, compede obstringit, &c.

3. Reg. 22. Rex ille jussit Michæam Prophetam cæsum in maxilla mitti in carcerem, &c. Id per simili scelere operantur, qui divinis resistunt inspirationibus, &c. Hi sunt, C  
 Roman. 1. qui Veritatem DEI in injustitia detinent, &c.

Luc. 23. Et velaverunt, & percutiebant faciem ejus. Velat oculos Domini; ac percutit faciem ejus, ac in eandem conspuit, qui ejus inspirationibus resistit: qui easdem non acceptat, aut contrarium facit, &c.

Num. 14. Nolite velles esse contra DOMINUM, &c.  
 Exod. 19. Quis est Dominus, ut audiam vocem ejus? &c.  
 Hebr. 12. Videte, ne recusetis loquentem, si enim illi non effugerunt recusantes eum, qui super terram loquebatur, multo magis nos, qui de caelis loquentem nobis avertimus.

Gal. 2. O insensati Galata, qui vos suscitavit non obedire veritati?

Tob. 19. Servum meum vocavi, & non respondit mihi ore proprio. Halitum meum (inspiraciones,) exhorruit uxor mea, (anima) & orabam filios uteri mei.

Jerem. 6. Cui loquar, & quem contestabor, ut audiat? Ecce incircumcisa aures eorum, & audire non possunt.

Luc. 8. Qui habet aures audiendi, audiat. Multi habent aures (inquit Theoph.) sed non ad audiendum Dei voces, inspirationes, &c.

Dominus aperuit mihi aurem; ego autem non contradico. (Hoc caput est.) Isai. 50.

Donum Dei præcipuum, Dei voces, ac inspirationes audire. *Aurem audientem & oculum videntem, Dominus fecit inspiraciones audire magnū utrunque.* Prov. 20. Exod. 21.

De servo spontaneo: *Applicabitur ad Dei donum. ostium.* (Gloss. interl. Ut de ingressu eter- ni tabernaculi aliquid audiat.) *Perforabitq; aurem ejus subula.* (mentem scilicet subtilitate divini sermonis:) *& erit servus in sacula* (ut post sæculum liber sit.)

*Aures autem perfecisti mihi.* Hebr. *Aures autem perforasti mihi,* Psal. 39. Hebr.

D. August. Erat autem nubes magna, & tenebrosa ante oculos vanitatis meæ, ita ut videre non possem Solem justitiæ, & lumen veritatis. Involvebar in tenebris filii tenebrarum. Cæcus eram, & cæcitatem ambulabam, & ad tenebras per tenebras ambulabam. Quis inde me eduxit? quis est, illuminator meus? Tu vocasti me nomine tuo. Inronasti desuper voce grandi in interiorem aurem cordis mei: *Fiat lux, & facta est lux.* & vidilucem tuam, & cognovi vocem tuā, & dixi: Verè, Domine, tu es Deus meus, qui eduxisti me de tenebris, & umbra mortis, & vocasti me in admirabile lumen tuum, & ecce video. D. August. Solil. 6. 33.

Et ecce stella, quam viderant in Oriente, &c. Unius stellæ lumen hi Magi sequuntur, & ex cæco illo Oriente, duce stella, procius è suis regionibus exeunt, ad Christum pergunt. Nos nec stellas, nec Solem sequimur, &c.

Orietur vobis Sol, &c. Sed nobis non sufficit, &c. adhuc in tenebris volutamus, &c.

Cujuscunque aetatis, & conditionis hominibus Deus inspirationes immittit.

PVNCTVM CII.

Simile est Regnum calorum homini patrifamilias, qui exiit primo mane conducere ope- rarios Matth. 20.

Inspirationibus Dei omnes gaudent.

Alii.

1. Reg. 3.

Prov. 8.

rarios in vineam suam, &c. Et egressus circa horam tertiam, &c. Iterum exiit circa horam sextam, & nonam, &c. Circa undecimam, &c. Conveniunt Patres, in quacunque, non solum mundi, sed & hominis ætate, Deum vocasse, & vocare homines. *Primo manè.* Alii: *Primo statim diluculo, sive primò ut diluxit radius nimirum & usus rationis;* Deus inspirat, Sic aliqui in ipso sexto año inspirationes accipiunt, ne dicam antea, in ipsi's brachiis matrum & cum lacte nutricum, ut Tolentinas, &c.

Josephus ait, Samuëlem vocatum anno ætatis duodecimo vocatione manifestum: nec mirum, quia tunc *Sermo Domini erat pretiosus.* Rupert. id est, rarus. O quam multi nunc à teneris annis vocantur, &c.

*Nunquid non sapientia clamitat;* Observa juxta cujuscunq; status conditionem divinas inspirationes: *In summis, excelsisq; verticibus,* (in quibus Prælati, Religiosi) *super viam in mediis seditis* (ubi perfecti) *juxta portas civitatis in ipsi's foribus* (ubi mercatores, Iudices, &c.) *O viri, ad vos clamito.* &c. Sic alibi: *In compitiis platearum,* (ubi juvenes vani) *in plateis* (ubi negotiatores) &c. *Intelligite, parvuli,* &c. omnes inspirantur, parvuli, viri, senes, mulieres, &c.

In eos, qui divinis resistunt inspirationibus, quibusnam pœnis animadvertat Deus

PUNCTUM CIII.

1. Mach. 1. Inspirationum negligentis desuntur eis.

Exod. 25. Candelabrum aureum cur ex adverso panis propositionis.

**P**OBNA privatio luminis. Rebelles lumini permittit privari lumine. Primum, quod è templo abstulit Babylonius ille executor, fuit candelabrum aureum, in quo erant septem illæ lucernæ aureæ. Candelabrum hoc semper accensum stabat è regione mensæ panum propositionis: *Ut luceat ex adverso;* Ut innumeretur, quo lumine, qua cognitione præcipua mens ejus, qui Sacramenta suscipit, polere debeat. *Ex adverso, ut Speranza Scripturæ selecta.*

**A** videat, quid comedat, ne sine cognitione sit frequens ad Sacramenta, &c. Avertat à nobis Deus hoc damnum, furtum hoc non permittat, ut scilicet infernalis Executor à templo animæ lumen, cognitionemq; rerum divinarum subripiat: hinc enim fieret, ut ad sanctissimum Sacramentum accederemus quidem, sed indevote, sed repide, sed perfunctorie, sed sine fructu, &c. O quam indevote ille accedit ad Communionem! Unde? Deest candelabrum, subreptum fuit illi candelabrum, &c. *Ut luceat ex adverso.* (Ut videat, quid comedat.)

*Quis mihi det, ut sim juxta menses pristinos, quando lumen splendebat in tabernaculo meo:* &c. Olim tanto præditus lumine accedebat ad Sacramenta, &c. agebat de rebus Dei, nunc cognitionem non habet, gustum non habet, perdidit lumen, & candelabrum, &c.

**C** Quid mirum? Sacramenta suscipiunt non solum sine fructu, sed etiam cum scandalo. *Fiat mensa eorum* (ante quorum oculos erat candelabrum tanti luminis, & cognitionis) *in laqueum,* & in retributiones, & in scandalum, &c. Suscipit ille Sacramentum, vel quia sic habet usum, vel quia pudet omittere, &c. sed in scandalum tum proprium, tum alienum.

**D** Quot scandala patiuntur homines pii à suscipientibus sine ullâ vitiorum emendatione Sacramenta, cum semper in eis & passiones, & mali appareant mores, &c. Unde? *Obscurantur oculi eorum, ne videant.* Obcæcati sunt, lumen perdidērunt. *Et dorsum eorum semper incurva,* &c. *Quo unda.* Qui jam oculos illuminatos ad cælum semper levabant, nunc curvato dorso terram intueatur, non sapiunt nisi terram, non intelligunt nisi terram, cognitio olim cælestis facta est cognitio terrena, &c.

Et hinc postea nulla Sacramentorum frequentia, tardium, difficultas, nausea. Post subreptum candelabrum mox mensam propositionis subripuit: *Ac 1. Mach. 1. cepit candelabrum luminis, & mensam propositionis, &c.*

De his Apoll. *Ceteri vero excecati sunt, Rom. 11. ut scriptum est: Dedit illis Deus spiritum Isai. 6.*

*Iona. 12.  
Theoph.  
Compunctio-  
nis spiritus  
quis.*

compunctio<sup>n</sup>is, oculos, ne videant, & aures, ut non audiant usque in hodiernum diem. Vbi Theoph. *Dedit*, id est, sinit, permittitque Deus, ut spiritum compunctio<sup>n</sup>is haberent. Compunctio<sup>n</sup>em autem dicit habitum animi quendam pertinacem ad malum, & immutabilem. Horum itaque insanabilem mentem, & in malo constantem, compunctio<sup>n</sup>em appellat: quandoquidem etsi hi & oculos haberent, quibus possent miracula intueri, & aures, quibus Domini doctrinam perciperent: his tamen utrisque nihil opportunè sunt usi; neque hoc modo sensus Christo Domino, sed ne Apostolis quidem accommodarunt. Sic, sic quidam quasi clavo compunctas & confixas aures, oculos, mentemque habent. *Ee usque in hodiernum diem*, id est, ex Origene, usque ad finem vitæ eorum. Hi sunt, qui adhuc velamen habent expansum super oculos, &c.

*1. Cor. 3.  
Orig. hom. 7.  
in Iosu.*

*Rom. 1.*

*Tolet. ibid.  
Veritatem in  
injustitiâ deti-  
nere quid.  
Cajet. ibid.*

Sed quoniam huiusmodi cæcitas est voluntaria, audiant, quid comminetur illis Deos Rom. 1. *Revelatur ira Dei de celo super omnem impietatem, & injustitiam hominum illorum, qui veritatem Dei in injustitiâ detinent.* Veritatem Dei in injustitiâ detinere, secundum veriorum sensum, est ipsi veritati, veluti seipsam offerenti, & demonstranti reluctari, non ei acquiescere, nec eam recipere. Cajet. Detinere veritatem in injustitiâ, est occludere veritatem notam in intellectu, veluti seris injustitiæ in voluntate, ne scilicet exeat ad effectus, & opera conformia veritati notæ: hoc enim propriè est, detinere veritatem in injustitiâ, hoc est injuriari veritati notæ, &c.

*Ira Dei de celo  
quanam.*

*Veritatis de-  
tentores gra-  
viter launt.*

Super hos revelatur ira, non quælibet ordinaria, sed *ira Dei, & ira Dei de celo.* Ira Dei de celo, ait Cajetan. ad differentiam vindictarum, quas sumit Deus per homines. Ira siquidem Dei de celo, vindicta est æternæ damnationis.

De celo, habet in se significationem durioris ultionis, quæ caelestis, & divina esse appareat: plerumque ultiones, quæ in Scriptura leguntur, ut occisiones per manus hominum, leonum, aliarumque bestiarum, dici possunt ita de terra: sed ira,

quæ exardescet in eos, qui veritatem Dei in injustitiâ detinent, erit ira de celo, ut sagittæ, &c. D. Chryso<sup>stom</sup>. per iram Dei hic futurum iudicium intelligit, cum Dominus in igne veniet. Perfirmi furere animadvertet in eos, qui divinis inspirationibus resistunt, &c.

*D. Chry<sup>stom</sup>.  
hunc loc.*

*In injustitiâ detinent.* Emphasis est in verbo, *detinent*: hoc est, captivam tenent: sine detinente, id est, vim faciunt veritati cognitæ.

*Claud.  
Guillard. in  
hunc loc.*

Qui talentum unum acceperat, abiens fodit in terram, & abscondit pecuniam domini sui. Ubi Gregor. Vnius talenti nomine intellectus tantummodò designatur. Hic dicitur propter talenti abusum, ligatis manibus, & pedibus projectus in tenebras exteriores: poena nimirum responderet culpæ in tenebras detruditur, qui noluit operari secundum lumen, quod habuit in intellectu.

*Matth. 25.  
D. Greg.*

*Lumen inspirationis efficax, &  
operativum est.*

### PUNCTVM CIV.

*Ratio eius in mo vacua non fuit.* Comune est tum Theologorum, tum Philosophorum omnium axioma, Deum, & naturam nihil agere frustra. De natura patet: nam quibusdam animalibus, & avibus sub terra mansuris, vel in tenebris moraturis, ut talpis, vespertilionibus, &c. oculos non dedit, vel dedit ineptos ad lucem: aliis avibus, quæ in arduis ponunt nidum, & in præruptis silicibus morantur, quo inde escam contemplantur, acutissimam visus aciem largita est, rapaces armavit unguibus, aquatiles fecit pedibus aptis ad natandum, &c. Quandam avem (mirabile dictu!) semper volitantem, nunquam quiescentem, in aëre manducantem, in aëre pererrantem, nidificantem, &c. fecit sine pedibus. Natura nihil facit frustra. Ut abhorret vacuum! Multò magis naturæ

*1. Cor. 15.*

*Natura nihil  
frustrâ facit.*

*Iob 39.*

*Au-*

Author, &c. Cùm dat lumen, illud requirit, ut non sit frustra, sed ut per illud, quod ostendit, opereris.

Matth. 9. *Vidit hominem sedentem in telonio, & ait illi: Sequere me. Et (nullas interponens moras) surgens secutus est eum.* Vidit illic Petrum, & Andream, & ait illis: *Venite post me. At illi continuo, relictiis retibus, secuti sunt eum.* Et procedens inde vidit alios duos fratres, Iacobum, & Joannem, in navi cum

Matth. 4. *Zobedæo patre eorum resicientes retiâ sua, & vocavit eos. Illi autem statim, relictiis retibus, & patre secuti sunt eum.* Ponderat Chry-

Chryf. hom. in 14. Matt. *soft. promptitudinem, celeritatemque obedientiæ. Perpende (inquit) & fidem, & obedientiam vocatorum: siquidem in medio ipsius operis constituti (scitis a-*

*quã avida res sit piscatio) cū illū audissent jubentem, nihil distulerunt, nihil omninò cunctati sunt. Non dixerunt: Revertemur domum, loquemur propinquis, sed cuncta illicò relinquentes, fecerunt, quod*

3. Reg. 19. *Elifeus quoque sub Elia legitur impleffe.* Talem quippe à nobis obedientiâ Christi efflagitat, ut neque punctum temporis differamus: etiam si nos aliquid necessarium urgere videatur. Propter quod & alium quandam accedentem ad se, & rogantem, ut ad sepeliendum patrem rediret, ne id quidem facere permisit, ostendens quod Christus cunctis sit etiam necessitatibus præferendus. Qui nullâ morâ Dei vocibus obtemperant, spiritum apostolicum habent.

Cass. coll. 3. c. 4. *De tribus vocationibus, seu modis, quibus Deus homines vocat ex Cassiano primus est immediatè ex ipsomet. Deo, qui aliquoties inspirationem quandam imittit in eos, quoddamque salutis desiderium, sequelaque ejus, ac inhærentiæ præceptorum ejus, etiam si homo exhortationem nullam audiat. Secundus vocationis modus est per hominem, cū vel Sanctorum exemplis, vel monitis instigati, ad desiderium salutis accendimur, Sic per Moysen Hebræos de afflictione Ægypti legimus liberatos. Tertius est, qui ex necessitate descendit, cū divitiis mundi hujus, vel voluptatibus obligati,*

*ingruentibus repente tentationibus, quæ vel mortis pericula comminantur, vel amissione bonorum, ac proscriptione percutiunt, vel charorum morte compungunt, ad Deum, quem sequi in rerum prosperitate ferè contempimus, nunc revertimur. Cujus vocationis rationem tangit Propheta: Cū occideret (inquit) Psal. 77. eos, quarebant eum, & revertebantur, & diluculo veniebant ad eum, & recordati sunt, Psal. 106. quia Deus, &c. Rursumque: Et clamaverunt ad Dominum, cū tribularentur, & de Septuag. necessitatibus, &c. Et per Oseam: Emendabo eos in auditu tribulationis suæ.*

De Mortificatione, comite Orationis.

PUNCTVM CV.

O Ratio, & mortificatio sese invicem juvant, ac simul junguntur, quin Orationem mortificatio præcedit: *Vadam ad montem præcedit mortificatio, ad collem thuris. Ex aromatibus tificatio, myrrha, & thuris. Messui myrrham meam Cant. 4. cum aromatibus meis. Hinc primum erat Cant. 3. altare holocausti, secundum thymiamat-*

*is: hoc est, prius transeundum erat per altare holocausti, quàm perveniretur ad altare thymiamatis: quo secundum Gregor. mysticè signaretur, mortificatione, pravaruque appetitionum mactationem præcedere internos ambris actus, & orationis affectus.*

Ideo frigidè orant, aut potius non orant, qui mortificationi non student, sed qui ipsius mortificationi, abnegationique student, ferventissimè orant. *Israel Gen. 32. erit nomen tuum. Et statim emarcuit nervus femoris ejus: hoc est, ad Deum videndum, aut Deum fortiter in oratione vincendum, pro carnis mortificatione idoneus effectus.*

*Posui faciem meam ad Dominum Deum Dan. 9. meum, rogare, & deprecari in jejunio, sacco, & cinere.*

Hæc DEO placuit oratio. *Respexit in ora-* Psal. 101.